

π ς
264



Q. H.



DISPUTATIONUM ETHICARUM
S E P T I M A
D E



Virtutibus Intelle-
ctualibus.

(4)

è lib. 6. ἠθικῶν Νικομαχείων,

QUAM
ΓΕΡΟΝΑΗ ΠΡÆSIDE
In Illustri LIPSIENSI Academia

sub moderamine

M. A N D R E Æ B A U E R
C I Z E N S I S

defendet

HIERONYMUS COLBERGUS
Zittaviensis Lusatus.

Ad d. XV. Junij horis & loco solitis.



L I P S I Æ,
Describebatur apud Laurentium Cober.
A N N O M. D C. X V I.





VIRIS

Reverendis Clariss. Doctiss. Praestantiss.

Dn. MARTINO COLBERGO, ædifici
sacrae VVitgendorffiacæ, in Diœcesi Zittana, Præposito ut
dignissimo ita fidelissimo, Parenti suo perpetuo ho-
nore colendissimo, &c.

Nec non.

Dn. MARTINO TECTANDRO, Ecclesiæ
synodalis Lutheranae, quæ est Budisini in superiori Lusatia,
Præsidi meritissimo & vigilantissimo.

Dn. JOHANNI HARTIGIO, Philosopho & Medi-
co apud Zittavienses experientissimo & celeberrimo.

Dn. Cognatis suis inter primos benè meritis.

Ut &

Dn. MARTINO RAPHELT, Ecclesiæ Hirs-
feldiana, in Diœcesi Zittaviensi, Pastori laudatissimo &
fidelissimo.

Dn. JOHANNI VVINCKLERO, Scholæ Zittavi-
ensium Correctori solertissimo & celeberrimo.

Dn. Patronis ac Fautoribus suis perpetim. colendis.

Hoc Ethici tyrocinii *τοποθετικόν*,

Quò publicum erga ipsos *{* sua officiosa gratitudinis *τεκμήριον*
sui debiti obsequii *ἐπίδειγμα* *}* extet.

Affert, offert, mittit, submittit

Hieronymus Colbergus Zitta-
viensis Lufatus,

Respondens.





PRÆLOQUIUM.

M Oralibus virtutibus jure succedunt
διανοητικὰ Intellectualiales. Nam
cum de virtute hominis hic agatur,
Et hæc sit vel ἠθικὴ vel διανοητικὴ l.
1. Eth. c. 13: ἠθικὴ etiam per rectam
rationem sit definita: non immerito
quid recta Ratio, & in quibus consistat proponenda,
Et ita hæc per διανοητικὰs virtutes notificanda est: In-
ter hascè verò PRUDENTIA velut inter ignes Luna
minores emicat, quæ sola, quomodo in virtutibus, obser-
vatis omnibus circumstantiis, medium inter ἰσορρο-
πὴν καὶ ἔλλειψιν sit tenendum, præscribit. Pruden-
tia dominatur fortunæ, medium statuit, virtutum o-
mnium epilogus, humanæ vitæ auriga, splendor re-
rum omnium, ut Senensis ait Philosophus. Quare
post absolutam de virtutibus moralibus doctrinam, ad
Intellectualiales merito nos accingimus, ubi præeunte phi-
losopho, tum earundem subjectum Et principia efficien-
tia actionum humanarum, tum singulas earundem spe-
cies considerabimus.

THESIS I.

Subiectum
intellectua-
lium virtu-
tum.



Quoniam intellectualium virtutum varietas & numerus ex subiecto, in quo insunt, colligitur: de eodem primò omnium est dicendum: *est q̄; nil aliud, quàm animus humanus, ea q̄; eius pars, quæ non ἀλογος, sed λόγον ἔχουσα rationis particeps dicitur, & in ἐπισημονικὴν vel γνωστικὴν: & in λογιστικὴν vel βουλευτικὴν distinguitur: Illa est facultas, qua cognoscimus τὰ τοιαῦτα ὅσ' ὄντων, ὧν αἱ ἀρχαὶ μὴ ἐνδέχεται ἄλλως ἔχειν, ea, quorum principia se aliter habere nequeunt: Ista est, qua τὰ ἐνδεχόμενα res contingentes apprehendimus, l. 6. Eth. c. 1.*

Tria
Principia
actionum.

1. νῦς.
2. αἰσθησις.
3. ὄρεξις.

II. *Utriusq̄; partis animi rationalis officium est ἢ ἀλήθεια ἢ γνώσις veritatis inquisitio, quæ duplex: alia θεωρητικὴ: alia πρακτικὴ: illa in contemplatione acquiescit: hæc actionem sive usum respicit. Rerum cognitioni inservit νῦς ἢ λόγος mens, καὶ αἰσθησις: actioni ἢ ὄρεξις appetitus: νῦς quidem universalia considerat, cognitionem ἴσθι δὲ αἰσθησις: cū sensus circa singularia occupatus τὴν ὅτι intellectum pariat. Nec sensus est causa actionum ἐκ προαιρέσεως, quæ cum sensibus nil habet commune, profectarum, c. 2.*

III. *Originem verò ducit προαιρέσις ex ratione & appetitu: Nam sicut mentis objecta sunt verum & falsum: Ita appetitus objecta sunt bonum & malum: Et sicut mentis ἐνεργεῖαι sūt affirmatio veri, & negatio falsi: Ita appetitus ἐνεργεῖα est δίωξις persecutio boni, & φυγὴ fuga mali. Deinde quando λόγος καὶ ὄρεξις ratio & appetitus circa suum subiectum, illud vel expetendo, vel fugiendo, consentiunt, tūm nascitur προαίρεσις, quæ vel bona vel mala est: illic, quod recta ratio suadet, appetitus quoq; vult; hic contrario sese modo res habet: Unde tandem ἐν πράξει vel κακοπράξει sequitur.*

IV. *Altera animi rationalis facultas actionum causa dicitur λογιστικὴ καὶ νῦς πρακτικὸς: per hunc enim cogitamus & quasi deliberamus de suscipiendâ aliquâ actione rei alicuius vel acquirendæ vel fugiendæ gratia.*

Πορίσματα
1.
2.

V. *Unde πορισματικῶς educitur. 1. λόγος καὶ ὄρεξις, ex quibus constat προαιρέσις, sūt in solo homine, qui actionis moralis est principium. 2. nec in plantis, nec in iis, quæ fieri nequeunt, sed in futuris & in iis, quæ fieri possunt, versantur.*

Definitio
virtutis in-
tellectuales.

VI. *Habituum intellectualium subiecto ut & principiis cognitis, singulas nunc earundem species perlustrabimus. Est autem Virtus intel-
lectualis*

lectualis habitus animi per se rationalis, quo mens nostra affirmando vel negando verum enunciat. Philosopho ἀρετὴ διανοητικὴ ἐστὶν ἕξις τῆς ψυχῆς λογικῆς, αἷς ἀληθῶς ἢ ψυχῆ πρὸ καταφάναι, ἢ ἀποφάναι. C. 3.

VII. Huius enumerantur Species quinque; 1. Scientia. 2. Ars. 3. Prudentia. 4. Intelligentia. 5. Sapientia: omīssis ὑπολήψις conjecturâ, & ὁξά opinione, cūm inconstantis sint veritatis, & sæpenumero hallucinentur. Priores quatuor habitus sunt simplices; Postremus vero compositus. Illi vel τὰ ἀναγκάσια partim absq; medio, ut principiorum noticia: partim per medium, ut Scientia: vel τὰ ἐνδεχόμενα contingentia spectant, eaque vel ad πρᾶξις actionem, ut prudentia: vel ad ποιησις operis effectiōnem, ut Ars, relata. Compositus Habitus est Sapientia.

Quinq; sunt virtutes intellectuales.

1. Simples priores quatuor.

2. Compositus unus.

VIII. SCIENTIA est habitus intellectualis, quo demonstratur aliquid ex necessariis propositionibus: Philosopho ἐπιστήμη ἕξις ἀποδεικτικὴ ἐξ ἀναγκάσιων. Objectum sunt τὰ ἐπισητὰ, affectiones propriae, seu res necessariae, quæ aliter se habere nequeunt. Nam quæ aliter se habere possunt, eorum scientia perfecta non datur, siquidem non semper eadem de iisdem affirmari queunt. Utitur scientia Syllogismo apodictico, non inductione, quæ ex singularibus constat.

1. Scientia.

IX. ARS est habitus intellectualis, qua cum rectâ ratione opus aliquod efficitur: Philosopho τέχνη ἐστὶν ἕξις μετὰ λόγου ἀληθῶς ποιητικὴ: Objecta eius sunt τὰ ἐνδεχόμενα εἶναι καὶ μὴ εἶναι, quæ variari & aliter se habere possunt. Et licet fortuna etiam πρὸς τὰ ἐνδεχόμενα versetur; differt tamen in eo, quod rationis clavo non gubernetur, ut Ars. c. 4.

2. Ars.

X. Officium artis consistit in tribus: 1. ἐν πρὸς θεωρεῖν, ut videat, qua ratione artificiosum aliquod opus ex subiectâ materiâ velit producere: 2. ἐν πρὸς τεχνάζειν ut secundum artem operetur, & talem formam materiæ imprimat, qualem ars requirit: 3. ἐν πρὸς γενεῖν, id est, ποιεῖν, ut novum opus quasi producat. Hinc Cicero ait l. 2. de Nat. D. Artis maximè proprium, ut creet & gignat.

Officium artis est triplex.

XI. Arti τῆς τέχνης opponitur ἀτεχνία INERTIA, quæ est ἕξις μετὰ λόγου ψεύδους ποιητικὴ, πρὸς τὸ ἐνδεχόμενον ἄλλως εἶναι, habitus efficiens cum falsâ ratione in re, quæ aliter se habere potest.

Oppositum artis est ἀτεχνία.

XII. PRUDENTIA sequitur, cuius natura, ut in aliis quoq; habitibus fieri consuevit, l. 4. Eth. c. 3. innotescit ex consideratione concreti & prudentis, cuius tum officium, tum objectum hic est considerandum: Officium est τὸ δύναντος καλῶς βελέντατος posse benè

3. Prudentia.

Prudens quis. Consultare : Objectum sunt τὰ ἀγαθὰ καὶ συμφέροντα bona & utilia homini, non ex parte, ut quæ ad sanitatem & robur, sed quæ ad universam beatam vitam, conducunt : adeoq; PRUDENS is dicitur, qui optimum ad bene beateq; vivendum, in societate politicâ utilissimum, mentis oculo cernere, & de eodem rectè consultare novit. c. 5.

Prudentia differt:
1. à Scientia XIII. Unde colligitur, Prudentiam tum à Scientiâ, tum ab arte differre : à SCIENTIA quidem, quia prudentia versatur circa illa, quæ pro arbitrio agentis mutari possunt : Scientia circa illa, quæ se aliter habere non possunt. Ab ARTE verò, quia prudentiæ proposita est actio : Arti verò effectio.

Prudentia definitio. XIV. Est itaq; PRUDENTIA habitus intellectualis cum ratione agens, in iis, quæ homini bona & mala sunt. Philosopho: φρόνησις ἐστὶν ἕξις μὲν λόγου ἀληθῆς περὶ τὰ ἀνθρώπων ἀγαθὰ καὶ κακὰ.

2. de Invention. XV. Et φρόνησις individuum habet comitem σωφροσύνην, ὡς σώφρονα πῶς φρόνησις, quia conservat iudicium de rebus agendis : sicuti intemperantia corrumpit iudicium & voluntatem circa res agendas, ita ut nec verum finem actionum cernere, neq; media idonea ad finem eligere possit. Hinc Cicero : Prudentia est rerum bonarum, malarum, utrarumq; peritia.

XVI. Tàm arti quàm prudentiæ convenit τὸ ἀληθεύειν, sed ita ut virtus moralis reipsa ab arte separari possit, cum ipsa sola non possit facere virum bonum, sed bonum duntaxat artificem : Prudentia semper cum virtute morali conjuncta est, & virum bonum constituit. Adhæc qui in arte spontè peccat, melior est, & minus reprehenditur, quia hoc est signum imperitiæ artis. Qui verò circa Prudentiam spontè peccat, deterior est, & magis reprehendendus, quia est indicium malitiæ.

4. Intelligentia.
1. à Scientia XVII. Quartus sequitur habitus, scilicet, Mens, seu Intelligentia, & vulgò dicitur principiorum Noticia, à reliquis habitibus intellectualibus differens : Nam 1. non est SCIENTIA : Nam principia sunt ἀναπρόδεικτα l. 1 post. An. c. 2. ff 5. quod autem est ἀπιστητὸν & sub scientiam cadit, etiam ἀπρόδεικτον, & demonstrari potest. 2. Non est Sapientia : quia per sapientiam non tantum res cognoscuntur, sed etiam causæ rerum, & de nonnullis sapientia habet demonstrationem ; principiorum autem non dantur causæ. 3. Non est prudentia aut Ars, quia hæ versantur in iis, quæ aliter se habere possunt ; principia autem sunt firma & perpetuæ veritatis. c. 6.

XVIII. In-

XVIII. *Intelligentia itaq; est Habitus principiorum, quo ipsæ cognoscuntur: Philosopho νῆς ἐστὶν ἕξις, ἢ τὰς ἀρχὰς γνωρίζουσα. Hunc non negligere habitum, ὁ GNEROSA MENS, alioquin desipies, in sapiendo; in sciendo nescies: DEUM ora pro ipso, dabit.*

XIX. *Postremus habitus Intellectualis est SAPIENTIA, qua voce hinc non inquitur eximia cognitio, quæ τῶν ἀπειθεσάτοις τὰς τεχνὰς, apprimè artium peritis, tribuitur: sicuti Phidias, sapiens marmorar us; Et Polycletus, sapiens statuarius dicitur: Sed ἀπειθεσάτην τῆς ἐπιστήμης scientia perfectissima & exquisitissima. c. 7.*

XX. *Atq; in hoc posteriori significato Sapiencia est habitus Intellectualis, qui verum cognoscit, tum in iis, quæ ex principiis conclusa sunt, tum in ipsis principiis. Philosopho est ἕξις, ἢ μὴ μόνον τὰ ἐκ τῆς ἀρχῶν εἶδω-
μας, ἀλλὰ καὶ ὡς τὰς ἀρχὰς ἀληθεύουσα.*

XXI. *Quoniam autem accidit, ut Sapiencia cum Prudentia in vulgari sermone confundatur; ne idem nobis hoc accidat, accuratè sunt distinguendæ: 1. quia sapiencia est præstantissimus habitus: prudentia minùs præstans. Nam prudentia versatur circa res humanas, quæ non optimæ sunt omnium, quæ in mundo sunt: Sapiencia v. versatur non circa omnes res sed necessarias tantùm. 2. Scientia versatur circa ea, quæ eodem se modo semper habent. Prudentia circa ea, quæ alias se aliter habent. Prudentem enim eum omnes appellant, qui in singulis rebus contemplatur, quæ ipsi benè convenient Atq; hinc etiam fit, ut è bestiis non nullæ prudentes vocentur, quia in vitâ suâ providendi habere vim videntur: sic Formicæ in æstate cibum comportant, ut in hyeme vivere queant.*

XXII. *3. Sapiencia est unica, cum præstantissima sit scientia & intelligentia, quæ non nisi unica esse potest: Prudentiæ autem multe sunt species: Cum enim in rebus sibi ipsi utilibus versetur, & non una in omnium animalium bono, sed in singulis sit diversa natura: diversas quoque prudentiæ species esse necesse est.*

XXIII. *4. Prudentes illi dicuntur, qui sciunt, quæ sibi utilia sunt, & inquirunt humana bona: Sapientes verò, qui τῶν ἐπιπέδων καὶ θαυμασῶν, καὶ χαλεπῶν, καὶ δαιμόνια, excellentia & admiranda, & difficilia, & divina tenent, quales olim fuerunt Anaxagoras & Thales Milesius, qui vulgò sapientes & dicebântur & habebantur. Atq; hæc de sapientia generatim dicta sufficiant. Specialis eius tractatio pertinet ad primam philosophiam.*

XXIV. Cum

S.
SAPIENTIA.

Definitio:

Sapientia differt à prudentia:
1. ratione præstantia.

2. in forma objecti vrm

3. in forma cognoscendi
4. sine

Specialior
tractatio
Prudentia.
ubi Trii.
1. Divisio.

XXIV. Cum autem Prudentia insignis in vita humana sit
usus, placet *ἐν τῷ νῦν* cum Philosopho nunc magis speciatim,
quam paulò superius factum de eà *ἐξετάζειν* & 1. eius divisionem &
subdivisiones. 2. Famulas. 3. accidentia inquirere, c. 8.

XXV. Prudentia alia est communis, quæ *φύνησις* *πρὸς ἄλλας* dici-
tur: alia privata, quæ *φρονήσις καὶ ἐξοχὴν* nuncupatur ex opinione
vulgi, solam veram prudentiam æstimantis, sibi sapere, suisque
commodis inservire.

XXVI. Communis est duplex: vel *οἰκονομικὴ*, quâ rectè prospicimus
& consulimus de iis, quæ familiæ nostræ sunt utilia: vel *πολιτικὴ*,
quâ rectè consultamus & deliberamus de iis, quæ Reipubl. sunt
bona.

XXVII. Politica seu Civilis iterum duplex: vel est *Νομοθετικὴ* legis-
latoria, quæ est facultas rectè ponendi & exponendi leges: vel est
πρακτικὴ actiuosa, quæ est facultas ritè exequendi & administrandi
civitatis negotia.

XXVIII. Et hæc actiuosa iterum vel est *βουλευτικὴ* aut Senatoria,
qua deliberamus de futuris, quid Reipubl. vel suscipiendum vel
omittendum: vel *δικαστικὴ* Judiciaria, quâ bene iudicamus & statui-
mus de præteritis, quænam iusta fuerint, quæ iniusta.

XXIX. Sed cavendum hic est à vulgi opinione, qui privata utili-
tate omnia metiens, *φρονήσιν* *πρὸς ἑαυτὸν* propriè prudentiam appel-
landam: Communem verò non prudentiam sed *πολυπραγμοσύνην*
dicendam statuit: Cùm interim prior à posteriore sejuncta, non
prudentia, sed calliditas sit habenda. Nam præter objectum,
causam efficientem habent communem, *τὴν ἐμπειρίαν* nimirum:
Atq; hinc etiam fit, ut pueri facilius Mathematicas artes addiscant, quam
vel Physicam vel Metaphysicam: quia hæ artes experientiam quan-
dam in singularibus desiderant: Mathematicæ verò sola nitun-
tur intelligentia, & exempla eorum sensibus subjici possunt.

2. Famula
prudentia
Tres.

XXX. Atq; sic fuit PRUDENTIÆ divisio: Sequuntur nunc FA-
MULÆ & quidem numero tres: 1. *ἐυβουλία* bona consultatio: 2. *σύνεσις* ino-
genij perspicacitas: 3. *γνώμη* sententia. c. 9.

1. Bona
Consultatio.
quæ non est
1. Scientia.
2. non Con-
jectura.

XXXI. Ut verò *ἐυβουλίας* natura & essentia cognoscatur, tenendum
est, quod 1. NON SIT SCIENTIA; quia nulla scientia est inquisi-
tio: Bona autem consultatio quærit idonea media ad finem du-
centia. 2. NON *ἐυσοχία* bona conjectura, quia hæc fit sine ratione &
celeriter; bona consultatio autem non fit sine rationis discursu &
celeri-

celeriter. 3. Non ἀγχινοια Solertia: quia hæc est bona quædam coniectura: Bona autem consultatio non est. 4. NON ἰδέξια OPINIO: Nam 1. opinionis rectitudo est veritas; consultationis est actio: 2. omne id, cuius est opinio, definitum jam est: cuius autem est consultatio, id modò est determinatum. 3. opinio est φάσις enunciatio & non inquisitio. 5. NON διανοια INTELLIGENTIA: Nam hæc est simplex absque ratiocinatione apprehensio: Bona autem consultatio non est sine rationis discursu. Sed est 6. rectitudo consilij, qua honestum & laudabilem finem, nobis in consultando propositum, per honesta & oportuna media consequimur. Philosopho est ὁρθότης ἢ καὶ τὸ συμφέρον πρὸς τι τέλος, ἢ ἡ φρόνησις ἀληθῆς ἐσθλῆς ἐστίν.

3. non Solertia.
4. non opinio.
5. non intelligentia.
Sed est Rectitudo consilij.

XXXII. Est autem εὐβελία duplex: alia est ultimi humanarum rerum finis scilicet felicitatis, directa ad salutem & dignitatem Reipub. conservandam; Alia verò subordinatum finem aliquem respicit, qui tamen & ipse per honesta & oportuna media ad finem ultimum perducit, ut si consulemus de constituendâ pace, de acquirentis divitijs, & huius generis alijs.

εὐβελία duplex.
1.
2.

XXXIII. Altera prudentie famula est σωφροσύνη Ingenij perspicacitas quæ I. NON EST καὶ μέρος vel particularis aliqua scientia, ut vel Medicina, de salubribus: vel GEOMETRIA, de magnitudinibus: vel prima Philosophia, de sempiternis & immutabilibus: versatur quippe circa ea, quæ aliter se habere queunt, & de quibus dubitari & consultari potest. II. NON EST PRUDENTIA: nam huius est præcipere, quid agendum sit, aut non sit; siquidem est ἐπιτακτικὴ: Perspicacitatis autem est iudicare de iis, quæ prudentia præcipit, quia κριτικὴ: SED EST. III. facultas rectè intelligendi & iudicandi res eas, circa quas prudentia versatur. Philosopho est δύναμις ἐπὶ τὸ μανθάνειν καὶ κρίνειν περὶ τέτων, περὶ ὧν ἡ φρόνησις. cap. 10.

2. Perspicacitas ingenij.
quæ non est
1. Scientia particularis
2. non prudentia.
Sed. 3 est facultas rectè intelligendi.

XXXIV. Tertia prudentie famula est γνώμη sententia, quæ est rectum iudicium viri æqui boni, hoc est, qui de factis & negotiis hominū in iudicium deductis, post exanimatas accuratè circumstantias illarum secundum æquitatem pronunciat. Philosopho est, ὁρθὴ κρίσις ἢ ἐπιεικέσ. C. 11.

3. Sententia.

XXXVI. Atq; hoc iudicium sic consistit tum in benignâ interpretatione eorum, quæ ab alijs fiunt, aut dicuntur, & hæc propriè nuncupatur εὐγνωμοσύνη; tum in condonatione & veniâ eorum, quæ ab alijs

B per

per ignorantiam aut infirmitatem fuerunt peccata, & dicitur συγγώμη.

XXXVI. Cū autem ἡ γνώμη, σύνεσις, ἐμβουλία, & νῦν πρακτικὴς in eodem bum prudentiā objecto & eodem modo versentur, non immeritò prudentiæ accensentur: sunt enim τῶν ἐχθρῶν extremorum & particularium; ex quo sequitur, amatorem & aestimatorem prudentiæ tantum adherere debere peritorum hominum & seniorum ac prudentum dictis & sententiis absque demonstratione; non minus, quam cum demonstrationibus: Διὰ γὰρ τὸ ἔχειν ἐκ τῆς ἐμπειρίας ὄμμα, ὁρᾶσι τὰς ἀρχὰς: quoniam enim habent ex experientia oculum, cernunt principia.

III. Accidētia. prudentia. XXXVII. Prudentiæ & divisione & famulis sic perspectis reliquum est, ut de eiusdem accidentibus quoque gemino dubio comprehensis, spaucis agatur.

XXXVIII. Primum autem dubium tale est: Utrum sapientiæ & prudentiæ aliqua sit necessitas, vel utilitas in quæstione de felicitate humanâ, nec ne? Alterum est: An sapientia præstantior sit prudentiâ cap. 12.

I. Dubiū. An sapiētia sit quædam utilis. Respondet Philosophus. 1. Per negationem. XXXIX. Primæ quæstionis negativa, & quidem de sapientia, ita probari posse videtur, quod ea nullius sit γενέσεως, nec versetur circa res contingentes & mutabiles, sed circa divinas & immutabiles. Sed Philosophus respondet bifariam: 1. per concessionem: Sit sanè, sapientiam & prudentiam non esse ad felicitatem utiles, non tamen hinc sequitur, eas planè propterea esse inutiles, siquidem per se & propter se, nullâ aliâ utilitate propositâ, essent expetendæ, cum sint animæ nostræ perfectiones: 2. Per negationem: Imò sapientia multum confert utilitatis ad felicitatem theoreticam: prudentia verò ad practicam; non tamen eo modo, quo medicina potest efficere sanitatem, sed quo sanitas in corpore valente fons est ac principium actionum sanitati convenientium.

An prudentia sit quædam utilis. Negat. 1. 2. XL. Prudentiam quoque inutilem esse, sic probatur: quia sine prudentiæ ope possunt agi iusta & iniusta: Sufficit enim virtus moralis. Nam sicut sana ratio non opus habet cognitione artis medicæ ad expediendas actiones sanitati convenientes; Ita vir probus non indiget prudentiâ ad iustas actiones edendas; 2. Si prodesset prudentia, prodesset vel probis vel improbis: Nō illis, quia virtus sufficit ad agendum iusta: Nō istis, quia aliis prudentiâ præditis obedire possunt.

Sicut

Sicut enim egrotus, pristinae valetudini restituendus, non opus habet, ut integram artem medicam teneat, sed sufficit ipsi, ut consiliis Medicorum obtemperet.

XLI. Sed hasce rationes similiter Philosophus pernegat, siquidem non solâ imitatione, vel obtemperando monentibus honesta sunt agenda, sed requiritur insuper, ut sciens de industriâ consilii & constanter eadem quis agat. Deinde viris bonis non solùm sufficit virtus, sed opus est etiam prudentiâ. Virtus enim scopum rectum constituit, & honestas ac laudabiles actiones, quæ ducunt ad felicitatem, quam virtus unicè respicit, sola prudentia moderatur. Prudentia enim virtutes, ceu media, ad felicitatem dirigit.

Respondet
Philosophus.
1.

XLII. Requiritur ergò ad quamvis actionem honestam 1. ut τὸ καλὸν, honestus sit agentibus propositus scopus. 2. ut facultas quædam adsit, investigans media, ad illum scopum ductentia, quæ dicitur græcis δεινότης quæ est τοιαύτη δύναμις, ἢ τὰ πρὸς τὸν ὑποθέμενον σκοπὸν, συνήκοντα δυνάμεια πρᾶττεν καὶ τυγχάνειν est talis innata vis, qua ea, quæ ad propositum scopum assequendum faciunt, expeditè invenire & investigare docet.

Solertia.

XLIII. Atque hæc est vel ἐπαινετὴ laudabilis & bona, si propositum sit bonum; vel φαύλη mala, si propositum sit parvum, quæ aliàs πανουργία versutia dicitur, quæ posterior ideò ad prudentiam pertinet, quòd prudentes δεινοὺς καὶ πανέργους solertes & astutos vulgò appellare solemus.

Dupleæ.
1. bona.
2. mala.

XLIV. Differt hæc solertia à prudentiâ: 1. quia illa est à natura; unde & φυσικὴ ἀρετὴ nuncupatur: ista longo usu & experientia acquiritur. 2. illa potest esse sine virtute morali, vel in malis hominibus: ista semper cum virtute morali conjuncta est, & non nisi in viris bonis.

Solertia
differt à
prudentiâ.
1.

XLV. Sed cum solertia sit quedam prudentia naturalis, non omittenda hic est virtutum divisio: ubi alia est κρείως ita dicta virtus, quæ est habitus diuturna agendi consuetudine acquisitus, qui que sine prudentia esse nequit: unde & ἔξις ἠθικὴ dicitur: alia μὴ κρείως ita dicta, quæ nihil aliud est, quàm facultas vel propensio ad hanc vel illam virtutem, quæque absque prudentia esse potest: & hæc φυσικὴ dici consuevit. cap. 13.

Differunt
virtutes
Morales &
Naturales.

- 1.
- 2.
- 3.
- 4.

XLVI. Differunt itaque Virtutes Morales & Naturales: 1. *illa* in bonis duntaxat sunt viris: *istae* in pueris imò in bestiis nonnullis. 2. *illa* prudentia vinculo connexæ, reipsâ non separantur: *istae* à se mutuò possunt separari. 3. *illa* non sunt sine prudentiâ: *istae* verò sæpius. 4. *illa* tum aliis tum habenti profunt: *istae* sæpè noxiæ sunt. Ut enim robustum corpus, quod sine sensu movetur videndi, multò gravius & periculosius labitur, quàm infirmum & imbecillum: Sic etiam, si quis ingenio suo fretus & naturâ ad res gerendas ducatur, neque prudentia regatur, facilimè & sese & alios in extremum præcipitare potest periculum.

λογισμα-
τα.

- 1.
- 2.
- 3.
- 4.

XLVII. Unde sequentia educuntur λογισματα I. Neque prudentia sine virtute morali, nec virtus moralis sine prudentia esse potest. II. Solus vir bonus revera est prudens & solus prudens revera est vir bonus. III. Is qui verè prudens est, habet omnem virtutem: prudentia quippe ostendit, quæ mediocritas in omnibus actionibus secundum rectam rationem sit servanda. IV. Is, qui unam perfectam habet virtutem, etiam reliquas omnes habet. Nam ut modò dictum fuit, virtutes ita sunt vinculo inter se connexæ, ut à se invicem separari non possint.

Obiectio.

XLVIII. At ob stare videtur, quò minus virtus cum prudentia videatur conjuncta, quòd uno eodemque tempore non ingeneretur: In quibusdam enim citiùs, in aliis tardiùs virtutis scintillæ, idque ante prudentiam acquisitam emicant. Sed ex paulò ante allata distinctione facile huic occurritur obiectio; de naturali enim, non de acquisita ac λογισμα dicta virtute, hoc est concedendum.

2. Dubiū.
An sapien-
tia sit præ-
stantior pru-
dentiâ.

Aff.

- 1.
- 2.

XLIX. Sed ut ad alterius dubij discursionem tandem deveniamus, cum Philosopho dicimus, quòd sapientia præstantior sit prudentiâ. 1. quia illa perficit επισημονικόν *ista* τὸ λογιστικόν. 2. illa considerat res divinas & sempiternas, maximo honore dignas; *ista* humanas & mutationi obnoxias.

L. Et licet prudentia imperare Sapientie videatur, & omnes virtutum civilisque vitæ actiones gubernare: non tamen idèd præstantior est: Nam ut Medica ars non est domina sanitatis, neque sanitati quicquam præcipit, neque eâ utitur ut domina ministris, sed tantum propter sanitatem vel conservandam, vel recuperandam, omnia molitur: Ita quoq; prudentia non imperat sapientiæ
ut

ut famulæ, sed illius acquirendæ gratiâ omnia præcipit & constituit. *Et sicut Politica non dominatur vel imperat Diis, etiamsi in Repub. statuat de iis rebus, quæ ad divinum Numinis cultum & pietatem pertinent: Ita quoque prudentia neque est domina sapientiæ, sed potiùs istius procuratrix & divinarum rerum, circa quas sapientia versatur, sollicita quædam ac fidelis famula seu ministra. Atque hæc de virtutibus intellectualibus dicta sufficiant.*

PROBLEMAT A.

I. *An de Intellectualibus Virtutibus in morali disciplina sit agendum.*

Philosopho Theologo Keckermannus in Systemate Ethico & in cursu philosophico negare videtur, fretus his fundamentis: 1. quia habent finem diversum ab Ethicâ doctrinâ. 2. quia circa aliud objectum occupantur. 3. quia præcepta virtutum intellectualium magna ex parte pertinent ad philosophiam theoreticam, quæ non est necessarium medium felicitatis [civilis]. *Sed nos cum philosopho contrariam defendimus partem: Nam cum virtutis moralis mediocritas τὸ μέτρον in viro prudente sit definienda, ut de eâ distinctè constet, non sufficit rationem medii esse inventricem ac moderatricem indicasse, quin nominatim, quâ hoc fiat, demonstrandum. Nam ut in robore acquirendo, non satis est scire, corporis exercitia ad rationis trutinam exigenda esse: nec in sanitate conservandâ vel acquirendâ sufficit ea esse salubria alimenta intelligere, quæ medicina præscribit: utcunque enim vera sit ista, minùs tamen certa est cognitio, nisi qualia exercitia robori inserviant, & quæ alimenta sint salubria, distinctè cognoscatur: Ita non satis est scire rationem esse medii inventricem, nisi quid & qualis sit ista Ratio cognoscatur. Deinde constat ex ipsa adversarii confessione: multùm conferre sapientiam prudentiæ, adeò ut eus fons & origo quædam sit, tum quia voluntas ab intellectu pendet, quæ iuxta Scaligerum est idem, quod essentia illa intelligens & extendens se ad rem cognitam potiundam, tum quia prudentiæ præcepta habent sua principia & fundamenta in præceptis sapientiæ*

Pro negat.

Rationes

1.

2.

3.

Affirma.

disp. 22.

curf. Philo-

soph. qu. 4.

Exf. 15.

307.

27. 5. c. 47. *Piccol:* non immeritò sapientiam Soli, prudentiam Lunæ compara-
 rat, quod hæc ab illa splendorem suum accipiat. Hoc posito, ab ad-
 versario duorum bonorum habituum συνδυασμῶν, hoc est, combinatione,
 quæ non uniùs tractatio alterius doctrinam tacite includet vel
 præsupponat? Quod si sapientiam admiserit, eadem operâ ad-
 mittit intelligentiam & scientiam, cum sapientem oporteat μὴ
 μόνον τὰ ἐκείνων ἀρχῶν εἰδέναι (quod est intelligentiæ) ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν
 ἀρχῶν ἀληθείην (quod est scientiæ.) Et proinde confidens reus
 defendendo suam sententiam ingulat, nostramque inscius con-
 firmat. Rationes eius quod attinet, respondemus, quod in
 iisdem partim σοφισμα κατὰ τι, partim ἀγνοια ἢ ἐλέγχε com-
 mittatur. Sed hæc dere fusius in ipso disputationis cursu. Con-
 cludimus verbis Piccolominei: Cùm civilis, inquit, Philosophi sit officium
 humanas actiones componere, hominemque ad summum bonum dirigere:
 quia ad summum bonum habitus omnes mentis conspirant: propterea omnes
 tenetur cognoscere, ut simul utriusque summi boni gradus, quorum unus
 in actione, alter in contemplatione est positus, inter se possit compara-
 re.

2. An divisio virtutum in Morales & In- tellectuales sit vera?

Differunt. Omnino: differunt quippe per omnia causarum genera:
 1. causa efficiente. I. causâ efficiente: Morales comparantur usu & assuefactio-
 ne: Intellectuales doctrinâ & institutione potissimum. II. ma-
 2. subjecto. teria. Subjectum moralium est appetitus sensuum, quatenus
 audit rationem: Intellectualium verò est pars anime ἀλογῶ.
 3. objecto. III. objecto. moralium objectum sunt affectus & actiones,
 quæ ita informantur, ut rectæ rationi sint conformes: In-
 tellectualium sunt vel res necessariae vel contingentes, quæ
 4. Forma. menti ad cognoscendum offeruntur. IV. Forma. Mora-
 5. Fine. lium forma est μεσότης, Intellectualium ἀλήθεια venitas: V. Fine:
 Objectio- nes. Moralibus proposita est honestas τὸ καλὸν: Intellectualibus γνώσις
 seu cognitio vel simpliciter, ut intelligentia, vel ad actio-
 nem directa. Sed contra ultimum discrimen, ceu infirmum, ita
 qui-

quidam insurgunt: 1. quia in moralibus quoque datur veri cognitio, unde ratio boni promanet. 2. quia Prudentia & Ars cognitione non terminantur: Illa quippe respicit *ἀρετήν*; ista *τέχνην*: adeoque nullius valoris videtur esse ultimum discrimen. Respondetur ad. 1. Cognitio illa non habet rationem finis, sed medii, quo ad ipsum finem pervenitur: Ea verò, quæ in Intellectualibus, in se ipsa stat, nec ulterius extenditur: Vero enim cognito, acquiescimus. Ad. 2. dicimus: quòd Ars & prudentia bifariam considerentur, vel subjectivè, quatenus *ἐν ἑαυτῷ*, cui insunt, attenditur, & sic *ἀρετὴν ἢ τέχνην* adhuc nulla gaudent: vel Obiectivè, quatenus in officio & exercitio considerantur, & sic paulò aliter sese habent. Adde, quòd aliud sit agere vel facere: aliud modum agendi faciendive monstrare & præscribere: Hi habitus faciunt operari, ipsi tamen non operantur: aut si operantur, non per eandem facultatem, cui insunt, illam operationem expediunt.

3. An scientia, Ars, Prudentia, Intelligentia & sapientia sint virtutes.

Nonnulli veritatis hostes negare non verentur ob sequentes rationes: 1. quia nihil commercii habere videntur cum appetitu, in quo coercendo & ingyrum rectæ rationis ducendo virtus maxime laborat. 2. non in mediocritate sunt positæ. 3. Virtus non est de essentia hominis: est enim accidens, quia est in aîo, ceu in fulcro & fundamento: Atq; Intellectus est de essentia hominis. Est enim principium eius *συστατικόν* utique non erit virtus. 4. Habitus intellectuales sunt, quibus dicere solemus rem affirmando aut negando: Atque veritas prudentiæ non consistit in affirmatione & negatione, sed potiùs in conformitate dictaminis rationis cum recto appetitu. Regula virtutum non est virtus. Atqui prudentia est regula virtutum omnium. Ergò non est virtus. Sed nos cum Philosopho veritatis amatore, non immeritò Habitus aut virtutes nuncupamus, præsertim cum ad benè operandum, & ad actiones honestas & laude

Pro negat.
Rationes.

1.

2.

3.

4.

5.
Affirms.

pars.

Responsio laude dignas intellectum perducant. Respondetur itaque ad contra-
ad 1. & 2. riam opinionem rationem primam & secundam; 1. quod definitio virtu-
 tis l. 2. cap. 6. allata non sit generalis, sed saltem competat virtu-
 tibus moralibus: alia verò, membro tenus competens intellectu-
 alibus habetur l. 1. Rhet. cap. 9. *quæ sic sonat: ἡ ἀρετὴ ἐστὶ δύναμις πορι-
 στικὴ ἀγαθῶν ἢ φυλακτικὴ ἢ ἐνεργητικὴ πολλῶν ἢ μεγάλων καὶ πάντων ἀπὸ πάν-
 τα,* virtus est facultas, quæ parat bona, & quæ conservat, quæ be-
 neficia facit multa, & magna, & omnia in omnibus. 2. non pe-
 nitus abest mediocritas à virtute intellectus, quæ suis circumscripta
 limitibus, quos ultra citraque nequit consistere verum. Imò ap-
 petitui quoque informando, vel potius dirigendo multum confert, sine qua ce-
 cus esset. & ipse & eius ratio; Lumen ergò præferendo, inque tenebris affectuum
ad 3. viam commonstrando suas appetitui non denegat operas. In 3. est am-
 biguitas in vocabulo Intellectus: Nam sicut visus & pro facultate vi-
 dendi, & actione sumitur: Ita vis seu Intellectus non tantum
 animam immortalem, verum etiam primam eius actionem signi-
 ficat, quæ est primorum principiorum apprehensio. In 4. est
ad 4. fallacia oppositorum. Nam eo ipso in prudentia est affirmatio & ne-
 gatio, sed non adeò explicita, ut in reliquis habitibus Intellectus
 Tunc enim verè est affirmatio, quando aliquid esse agendum: Negatio:
 quando aliquid esse omittendum, seu non agendum, dicitur. Ut,
 etiam Philosophus l. 6. Eth. cap. 3. inuere videtur. In 5. est
 ignoratio Elenchi: prudentia est directrix virtutum moralium, &
 tamen est virtus, nempe intellectualis,

4. An Habitus Intellectuales sint quinque.

Pro Negat. Quinarium hunc numerum ita nonnulli oppugnant: 1. quia sapien-
Ratio. tia non rectè distinguitur à scientia: Nam sapientia mixta est ex
 1. scientia l. 6. Eth. c. 6. imo est ipsa scientia. l. 5. Eth. c. 7. 2. Omittuntur
 2. habitus organici, & stante hoc numero, Grammatica & reliquæ
 3. artes, quæ propriè non sunt scientiæ, ad nullum horum habi-
 4. tum referri possunt: 3. Omittitur opinio & suspicio, quæ & ipsæ
 sunt habitus. 4. Si præter necessaria & contingentia tam
 ποικιλὰ quàm πρακτικὰ, plura dentur, utique plures erunt habitus
 Intellectuales, quam quinque: Sed prius verum ergò & posterius.

Ratio

Ratio copulati : quia fundamentum quinarium numeri ferè palmarium sumitur ab objectis, circa quæ Habitus Intellectuales versantur. *Assumptum probatur*, quia præter contingentia tam ποικιλὰ, quam παρὰ φύσιν dantur adhuc φυσικὰ, quæ à natura producuntur non semper, nec eodem modo, sed ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ & variatis rationibus : quorum proinde præter quinque hosce habitus peculiaris fuisset assignandus. *Sed nos cum Philosopho nec plures nec pauciores, quam quinque dari, affirmamus, ut thesi. 7. fuit probatum Proinde respondemus ad rationem. 1. dicendo, non esse absolum, duas scientias recurrere in unum habitum* : sicut duæ rationes specificæ eiusdem generis communissimi concurrunt in rem eandem. Sic eadem qualitas verbi gratia. Calor est modò habitus, modò potentia naturalis, sed diverso modo considerandi : similiratione καὶ ἄλλον καὶ ἄλλον ἐπολήφισις τρέπον. *Sapientia est scientia*, quatenus cognoscit principia per conclusiones, quod proprium est scientiæ : *diversa item sapientia, eademque distincta*, quatenus per causas altissimas procedit, & de aliarum etiam principiis iudicat. *Ad. 2. respondent Peripatetici, Artes proprie liberales non esse, cum non in externâ versentur materiâ* : Sed ad artes tamen referuntur propter similitudinem, quam cum artibus mechanicis habent. *Ad. 3. Opinio & suspicio licet quidem habitus dici possint, & aliquam cum virtutibus Intellectualibus foveant cognationem* : minimè tamen in earum censum referri queunt. Nam contra virtutis naturam est, ut sit mali actus principium. Iam ista duo sunt mali actus in intellectu, quia per hæc falli & decipi possumus circa veritatem: *Falsitas autem est malum intellectus. Sed de his supra etiam dictum est. Ad. 4. τὰ ποικιλὰ φυσικὰ dari contingentia concedimus, quæ à Philosopho παρεκβάσει τῆς φύσεως dicuntur. l. 4. de gen. an. c. 4. alias ἀμαρτήματα* : Quòd verò habitus sit quidam ab hisce distinctus negamus: cum singularia sint & vagæ naturæ incerti que ordinis : deinde cum doctrina de Monstris physicæ sit domestica, suo modo & διελέγως sub scientia comprehendi optimè possunt.

5. *An principia sive Naturales Noticiæ actu, an verò potentiâ nobiscum nascantur.*

Qui actu nobis cum easdem nasci putant, ita probant.

1. Si noticia

Rationes pro Acto. 1.

Affirm.

Responsio ad. 1.

ad. 2.

ad 3.

ad. 4.

C

ticia ista fuit inscripta cordibus nostris, utique non merè poten-
 tialis, sed potius habitualis erit, & perpetuò manens. *Antecedens*
probatur Rom. 1. v. 18. & cap. 2. 15. vers. quia γνωσθὲν θεῶν dicitur
 φανερόν fuisse in ipsis Ethnicis; seu ἐν ταῖς κροδίαις αὐτῶν γεαπλόν,
 quod sanè fuerit ipsa ἀλήθεια. 2. si imago primæva D E I fuit
 habitus, utique & noticia, seu particulæ & ἐπέπια sive rude-
 ra residua: *Ratio est:* qualis est ratio totius, talis quoque est partis,
 si præsertim sit homogœnea. 3. Infantulus vix natus vult
 lac sugere, & labra nunc movet, & quidem aptè, non pedes.
Nam habet conservationis suæ speciem & voluntatem ab in-
 stinctu congenitam. 4. *Nemo tam* insanus est, quem pluris
 & paucioris lateat cognitio, licet ea confusa, non distincta; In-
 fantulo duo poma apponito, uno arrepto, alterum item poscet.
 5. Conscientiæ stimuli, nec non honesti ac turpis discretio
 in hominibus eadem reperiuntur. *Sed, saluo aliorum iudicio,*
contrariam tuemur partem: 1. si noticiæ istæ menti nostræ ha-
 bitualiter à prima statim infantia essent inscriptæ, utiquæ ἦν seu
 Intelligentia ἐπίκτητο non parùm labefactarentur: *Nam*
 habitus ex eo denominatur, non quia à nativitate nobis
 inest, sed quia crebris actionibus acquiritur: 2. quæ spe-
 cies sunt in intellectu, illis etiam intellectus uti potest: Atqui
 in infantulis recens natis illis speciebus & notionibus univer-
 salibus Intellectus non potest uti: *Ergò* in eo non sunt. *Maior*
 manifesta est, quia operationem propriam nihil potest impe-
 dire, quandoquidem à nullo vel sensu vel corpore defendet.
Minor probetur ullo indicio vel signo: quod cùm fieri nequit,
 manifestum erit signum absentiae omnis conati habitus: 3.
 Experientia docet, quod tota nostra intellectio, in hac vitâ à sen-
 su dependeat. ἰδέποτε γὰρ νοεῖ ἀνευ φαντάσματος ἢ ψυχῆ 1. 3. de
 An. cap. 3. Ipsa anima sine phantasmate nunquam intelli-
 git. *Intellectum* proinde veluti γεαμμαλεῖον cum Philosopho statui-
 mus, ὃ μὴ δὲν ὑπάχει ἐπιλεχέα γεαμαμλόν 1. 3. de An. cap. 4. §. 14.
Respondemus ad contrariæ partis rationes, & quidem ad. 1. di-
 stinguendo inter inscriptionem & inscriptionis modum. Quod Ethni-
 cis, qui faciunt ea, quæ legis D E I sunt, à naturâ inscripta
 sit L E X D E I, non negatur, negatis illis noticiis natura-
 libus: Sed negatur saltem modus quem nonnulli urgent, quod
 per

5.
 Rationes
 pro Poten-
 tia.

3.
 Responsio.
 ad. 1.

per nativitatem sit inscripta. Qui certè modus ex allegatis lo-
 cis Pauli nunquam demonstrari potest. Opponit revelatam
 & naturalem legem, quæ tam de acquisita, quàm insita intelli-
 gipossit; cum præsertim cap. 1. vers. 20. ἀπὸ κτήσεως κόσμου eam
 fluxisse dicat: Sic etiam ἀλήθειαν & τὸ γαστρὸν intelligit, cum illud
 sit in aliquo, quod δυνάμεις tantum inest; & hoc in sensu capi-
 tis secundi locus est accipiendus. In. 2. est πλεονεξία con-
 clusionis. Hoc enim tantum sequitur: si imago DEI tota
 fuit habitus, utique residua quædam virtus seu δύναμις est ad
 ad hunc habitum, cum præsertim tam profundam imaginis
 huius deletionem & extirpationem passim prædicet scriptura.
 In 3. est fallacia cause: illius enim effecti causæ non sunt no-
 ticiæ istæ, sed appetitus naturalis, qui à fame excitatur. Quan-
 do enim alimentum absumentum est, venæ mulgentur à vicinis
 partibus, quæ exhaustæ trahunt epar; epar, à venis mesaraicis
 postulat alimenti materiam: venæ mesaraicæ sugunt in-
 testina: ventriculum proximè afficiunt, qui corrugatus in su-
 periore superficie pulsat venas & nervos, qui ad cerebrum ten-
 dunt, atque ita dolor efficitur, quo dolore tandem imaginatio
 excitatur, quæ excitata iterum iudicii causa existit de cibis quæ-
 rendis. Quia autem infans locomotivam adhuc imperfectè
 habet, quoad actum secundum, & ideò magis viam plantæ vivit,
 quàm animalis, non pedibus vel manibus, & ita mediante perfe-
 ctâ locomotivâ cibum quærit, & appetitus signa exhibet: Sed tan-
 tum ore, tanquam membro immediato, quo foris alimen-
 tum accipitur. Non aliter atque planta non ramis & similibus
 partibus quærit vel attrahit, sed radice è solo haurit nutrimen-
 tum. Quod enim radix est in arbore, id os in animali existit. In 4. est
 fallacia cause: Non enim propterea infans appetit duo poma,
 quia actu sciat, antequam illa offerantur: Totum esse majus qua-
 libet sua parte: Sed quia duo objecta magis perficiunt faculta-
 tem cognoscentem, & ideò appetitum magis excitant. Duo e-
 im objecta eiusdem quantitatis & bonitatis: majorem habent
 actum, quàm unum. Ergò cognitionis vim magis perficiunt. Quò
 autem quid repræsentatur ut magis bonum, eò etiam in appetitu
 sui gignit maius desiderium. Nam omne bonum ex sua natura
 est appetibile. Ergò maius bonum (si revera sit tale sive saltem ita

ad. 5.

appareat) magis quoque est appetibile. In. 5. *distingue*
sunt notitiæ Naturales & Acquisitæ : Conscientiæ quidem causa
sunt notitiæ, verum non innatæ, sed acquisitæ. Eiusmodi enim
conscientiæ stimulos non in infantulis, sed in adultis, & qui ad
annos discretionis pervenerunt, experimur. Sic honesti ac tur-
pis discrimen arguit vim quantam eligendi bonum & reiicien-
di malum naturâ insitum, ex cuius perfectione hic effectus pro-
deat, non verò noticias, quæ actu menti inhæreant, cum nullatenus
in infantulis sese exerant. *Itcirco cum posterior hæc sententia*
priori probabilior, scripturæ dictis nullam vim inferat, cognitionem DEI na-
turalem & articulum de imagine DEI illibatum retineat, eidem sine aliorum
præiudicio subscribere non veremur.

6. *An virtutes separari possint, an verò per-*
petuò cohæreant, ita ut qui unam ade-
ptus est, omnes sit consecu-
tus.

Pro poste-
viori parte.
Rationes.

1.

*Posterio*rem quæstionis partem cum Philospho amplexamur, pro ut! & in
47. thesi factum : *Ratio.* 1. perfecta virtus perfectam re-
quirit prudentiam : *Sed hæc non potest esse absque aliis virtuti-*
bus : Ergò omnes virtutes quasi communi unius prudentiæ vin-
culo inter se sunt copulatæ. Maior patet. .1 6. Eth. cap. ult.
Minor suadetur, quia nisi prudens omnium virtutum ornamentis
fit excultus, non potest perfectum ferre iudicium de rebus agen-
dis : cum constet, affectuum impetus, nisi virtute cohibeantur, ra-
tionem excœcare. Exempli gratia, ut temperans quis sit, non sa-
tis est, ut per prudentiam rectè iudicet de iis difficultatibus,
quæ ad temperantiæ naturam spectant, sed oportet, ut in quavis re
rectè sentiat, & integrum ferat iudicium, alioquin ex affectu ava-
ritiæ & timiditatis iudicat temperanter esse agendum. 2. qui
appetit honestum, quâ honestum, appetit honestum : At vir pru-
dens seu virtute præditus appetit honestum : quia honestum.
Ergò virtute præditus omne honestum appetit. Hoc autem fieri non
potest, nisi omnem habeat virtutem, cum appetitus omnis ho-
honesti

honesti, non nisi omnibus insit virtutibus. 3. *Perfecta liberalitas* cohibet appetitum pecuniæ in omni eventu, alioquin non esset perfecta: *Sed hæc* non potest præstare absque aliarum virtutum præsidio. Ergo liberalitas perfecta requirit aliarum virtutum conjunctionem. *Minor patet*, quia si, verbi gratia, ex una mors, ex alia parte pecunia proponatur, ad inferendam injuriam patriæ, certe nisi fortitudinis virtute munitus sit ad contemnendam mortem, & justitiæ, ad non inferendam injuriam, facile succumbet pecuniæ cupiditate. 4. *Virtute præditus* absolute vir bonus dicitur. 1. 6. Eth. cap. 13. *Talis* autem nemo dici potest, nisi omni virtute sit præditus. Homo enim unico vitio inquinatus, absolute dicitur vitiosus, Ergo quia nemo absolute simul vitiosus & probus dici potest, necesse est, ut homo unâ virtute præditus, omni sit ornatus, omni que vitio vacet. *Hinc dicitur*; *Qui in uno peccat, factus est omnium reus.* Jure igitur dixit Philosophus: 1. 6. Eth. cap. 13. Eas virtutes, quibus absolute vir bonus nominatur, separari non posse: *Pro priori parte hæc sunt argumenta* 1. Virtutes morales acquiruntur exercitatione: sed multi se exercent in natura tantum quarundam virtutum, non verò aliarum: Ergo ij non omnes, sed eas tantum virtutes in quibus se exercent, compararunt. 2. *Virtutum* nonnullæ inter se pugnant, ac una repellit alteram, ut Liberalitas, Magnificentiam; honorisq; moderata appetitio, Magnanimitatem; adeò ut nec liberalis esse possit Magnificus, nec mediocrem honorem appetens, Magnanimus. 3. *Constat* multos non posse virtutes quasdam assequi, ac proinde non omnes inter se sunt conjunctæ. Exempli gratia, *illi quibus magnarum opum affluentia non sufficit, haud quoque virtutem magnificentiam assequuntur*: *Item, Obscuri non possunt fieri magnanimi* 4. *si* connexio materia esset virtutum, etiam per se esset, & de ratione virtutum: sed non hoc: utique nec illud. *Minor* probatur, quia non accipitur in definitione virtutis, nec sequitur eam: sed solum denotatur connexio virtutum moralium cum prudentiâ, non verò earum inter se. 5. *si* connexio virtutum esset materia, sequeretur, quod qualibet virtus esset ratio alterius, ut esset virtus: sed hoc absolum: utique & illud. *Ratio copulati est*; Nam si una virtus non potest esse sine alterâ, temperantia â fortitudine habebit, ut sit virtus, & contra. *Ad dubiorum remotionem sequentes*

3.

4.

*Proprii
questionis
parte Ra-
tiones.*

1.

2.

3.

4.

5.

Decisio.

C 3

hypo-

Due hypo-
theses.

1.
2.

hypotheses veniunt notanda 1. Virtutes duobus modis nobis cōpetunt, vel cū pō-
strema sua perfectione, vel cū diminutione & imperfectione ali-
qua: priori modo necessariō conjunctæ sunt virtutes: posteriori ut
plurimum separatæ. 2. Attinentia ad virtutem duplicis sunt conditionis:
Nonnulla sunt de interna ratione & essentia carū, ut: Constātia, scientia,
prælectio, honesti desiderium; Alia verò non sunt de essentia, sed ex-
trinsecus tantum cum virtute colligantur, ut: quod homo per
naturam potius ad unum, quàm ad aliud actionis genus sit facilis:
quod magis abundet instrumentis huius virtutis, quàm alterius,
magisq; pro occasione versetur in uno quàm in alio actionis gene-
re. Cum itaque dicimus (junctas esse perfectas virtutes) de illis intelligi
debet, quæ pertinent ad internam rationem, non etiam de cæteris. Nam
sæpè accidit, ut in homine probo, quavis virtutes sint junctæ, mo-
dò una, modò altera magis fulgeat, quàm altera. Unde in histo-
riarum monumentis quorundam celebratur justitia aliorum
fortitudo, nonnullorum Magnificentia, & ita de singulis.

Responsio.
ad. 1.

Hinc facile respondetur ad objectiones: Ad. 1. si quis se in materia
unius saltem virtutis scilicet temperantiæ exerceat, solam qui-
dem temperantiam consequitur, sed non perfectam, cum sine
cæterarum virtutum præsidio non possit firmitatem & constan-
tiam habere, sed servandam in quolibet eventu Mediocritatem.

ad. 2.

Ad. 2. non pugnant dictæ virtutes, sed superiores eminentiâ &
dignitate includunt inferiores. Ad. 3. defectum istum tan-
tum esse propter externa instrumenta, ratione verò externo-
rum omninò esse posse. Nam qui in mediocri pecunia ita
se gerit, ut liberalitatem servet, is, si opum affluentia suppetat,
facile magnificentiâ consequitur. Sic qui in mediocribus
honoribus se modestum exhibuit, cum ad maximos evectus
fuerit, facile magnanimitatem comparabit. Ad. 4. Con-
nexionem non esse de ratione virtutis quovis modo sumtæ,
sed de ratione perfectionis eius. 1. quia virtus est habitus fir-
mus & constans, non autem talis est, nisi cum neque à contrario,
neque ab ullo alio turbari potest. 2. de rationis virtutis est recta
ratio & honesti, quæ honesti, desiderium; quæ duo perfecta ex
omni parte non sunt, sine omnium virtutum connexionem. Ad. 5.

ad. 3.

ad. 4.

ad. 5.

Virtutem unam non habere ab alia, ut sit virtus: (id enim habet à ratio-
tionis rectitudine, & constantiæ in appetendo recto in propria
materia) sed ut perfecta & absoluta sit virtus, perfectam re-
quirit

quirie constantiam & immobilitatem, adeò, ut nec à suo contrario, nec ab alio valeat à medio avocari.

7. An omnia vitia sint paria.

Placet hoc stoicorum paradoxon hic subiicere, non erubescendum affirmare: Omnia vitia esse paria: nec minùs peccare, qui gallum galinaceum, quàm qui patrem suffocàrit. *Rationes asserunt sequentes; firmativa.*

1. Omnia peccata sunt æquè peccata. Ergò æqualia. 2. quod non licet, nec magis nec minùs esse potest: Peccare est facere, quod non licet. Ergò. 3. Virtutes sunt pares, & bono nihil est melius, sicut: Recto nihil rectius. Ergò etiã vitia sunt paria, & malo nihil peius. 4. perturbatio rationis non potest augeri, vel minui: peccatum fit ex rationis perturbatione, Ergò. *Sed delirium est hoc falsum, absurdum, ineptum, moribus perniciosissimum, quod hæ rationes demonstrant: 1. negative.*

Vitia, sunt mala, non jus prævaricatio, & recessus à bono: In omni recessu consideratur distantia, & in omni distantia magis & minus.

2. Crimina quedam fiunt præter voluntatem, temerè tantùm & fortuitò, nullo antegresso odio aut nocendi voluntate: quedam à recta destinataq; voluntate seu proposito proficisci dicuntur: deniq; sunt media quedam inter Voluntarium & involuntarium, prout Plato distinguit. Jam verò quis tam rudis, qui nesciat voluntaria crimina esse graviora quàm errata fortuita. 3. Non omnibus peccatis unum est supplicium constitutum: Sacrilegij & parricidij crimina capitalia sunt: mendacium capite non punitur. Unde Plato vult, in voluntaria & ex deliberatione profecta maleficia nullam excusationem cadere, sed in illa summoperè esse animadverendum: commissa verò per iram ex æquo & bono iudicem considerare & moderari debere. 4. Quamvis omne peccatum à norma rectæ rationis deflectat, & lineam quasi transiliat: plurimùm tamè refert, quousq; progrediatur, qui peccet, quæ ætate, qua conditione, quomodo, quo fine delicta, quæ secum mala trahant, quos lædant, superiores, an inferiores plures an pauciores, quo loco, quo tempore perpetrentur: quæ omnia sunt in causa ut peccatum vel maius, vel minùs sit, vel gravius vel levius, vel atrocius vel remissius. 5. Si paria essent peccata, vel omnes rei secundum Draconis legem capite essent plectendi, vel omnes æqui dimittendi, quorum illud Neronianæ

Stoicorum
rationes af-
firmativa.

1.

2.

3.

4.

Rationes
negative.

1.

2.

1.9 de L.L.

3.

4.

5.

QX

Responsio
ad rationes
pro.

Affirm.
parte.
ad. 1.

ad. 2.

264

ad. 3.

roniana crudelitatis, hoc pestiferæ esset dissolutionis. 6. Nihil intererit inter bonos, qui in hac vita semel labuntur, & inter sceleratissimos, nihil inter Lysandrū & Aristidem, nihil inter Augustum & Neronem, quod cogitare stultum, dicere ridiculum. Rationes proinde, quæ pro stoicorum sententia afferebantur, laborant futilitate. *Ad. 1.* dicitur, quod gradus sint non ex natura generica, sed specifica ac singulorum propria sumendi: non secus ac homo & brutum æquè quidem sunt animalia, perfectione tamen specifica & propriâ plurimum differunt. *Ad. 2.* Notum est vel lippis ac tonsoribus, quod facere non licet, alia graviora, alia leviora esse: Gravius esse crimen, verberare magistratum, quàm privatum, quorum tamen neutrum licet. *Ad. 3.* Pares sunt virtutes perfectæ scilicet & omnibus numeris absolutæ, non autem quales in vita communi deprehenduntur. Et rectum in Ethicis aliqua latitudine præditum esse, vel è superioribus constat. *Ad. 4.* Perturbationes modò leniores, modò vehementiores quoq; esse, etiam illi norunt, qui nuces & arundines tractant.

F I N I S.



mc

von

P
e-
u-
a-
o-
a-
li:
er-
2,
ra-
ra-
res
on
ia
s

ULB Halle

3

004 080 939







Q.H.

